

SPINALIS MEDULLÆ

PHYSIOLOGIA, ATQUE PATHOLOGIA

NONNULLÆ PROPOSITIONES

Thesis,

QUAM

FRANCISCUS GABRIEL FRETRES,

Diamantinæ, Minarum Generalium civitatis natus,

AD DOCTORES IN MEDICINA GRADUM PROMOTUS,


FLUMINENSI MEDICINÆ FACULTATI OBSTULIT,

ET PRO QUA

DECIMO SEXTO KALEND. JANUAR. ANNO MILLESIMO OCTINGENTESIMO
QUADRAGESIMO PROPUGNAVIT.

Quomodo quæ terra producantur, eadem omnino ratione indecisa artis cognito se habere videtur. *Natura namque nostra agri, doctorum precepta seruum rationem habent.*

HYPP. OPERA OMNIA, TOM. I. Lex.



FLUMINE JANUARIO.

EX TYPOGRAPHIA AMERICANA.

FLUMINENSIS MEDICINÆ FACULTAS.

PHYSIOLOGIA A TUDOE PATHOLOGIA

DOMINI DOCTORES.

Em. a V. PIMENTEL.

RECTOR.

PROFESSORES PROPRIETARI.

PRIMO ANNO.

- | | |
|----------------------------|---|
| F. F. GERMANUS | { Botanices Medicæ, et Zoologiae elementorum. |
| F. a P. CANDIDUS | { Physices Medicæ. |

SECUNDO ANNO.

- | | |
|---------------------------|---|
| J. V. T. HOMO | { Chymices Medicæ, et Mineralogiae elementorum. |
| J. M. N. GARCIA | { Generalis, et specialis Anatomieæ. |

TERT. ANNO.

- | | |
|-------------------------------|--------------------------------------|
| D. R. a G. PEIXOTUS | { Physiologia. |
| J. M. N. GARCIA | { Generalis, et specialis Anatomieæ. |

QUART. ANNO.

- | | |
|----------------------------|---|
| J. J. a CARVALIO | { Pharmaceuticæ, Materie Medicæ, speciatim Brasi- |
| J. J. a SILVA | { liensis, Therapeutices, et artis formulas componendi. |
| L. F. FERREIRA | { Pathologie interne. |
| | { Pathologie externe. |

QUINT. ANNO.

- | | |
|---------------------------|---|
| C. B. MONTEIRUS | { Operationum, Anatomieæ Topograph. et Apparatum. |
| F. J. XAVIERUS | { Partum, morborum mulierum prægnantium effec- |
| | { rumque, et recens natorum. |

SEXT. ANNO.

- | | |
|------------------------------|------------|
| J. M. a C. JOBIMUS | Præses |
| T. G. a SANCTIS | Impugnator |

Medicina Legalis.

Hygienes, et Historiæ Medicinæ.

Em. a V. PIMENTEL

Clinices internæ, et Anat. Patholog. ad illam perti-

Em. F. P. a CARVALIO

nentis.

Em. F. P. a CARVALIO

Clinices externæ. et Anat. Patholog. ad illam perti-

nentis.

PROFESSORES VICARI.

- | | | |
|--------------------------|---|--------------------------------------|
| A. T. a AQUINO | { | Sectionis Scientiarum accessoriarum. |
| A. F. MARTINES | { | Sectionis Medicæ. |

- | | | | |
|------------------------------|------------|---|------------------------|
| J. B. a ROSA | Impugnator | { | Sectionis Medicæ. |
| L. a A. P. a CUNEA | | { | Sectionis Chirurgiceæ. |

- | | | | |
|---------------------------------|------------|---|------------------------|
| D. M. a A. AMERICANUS | | { | Sectionis Chirurgiceæ. |
| L. a C. FEIJO | Impugnator | { | |

- | | | |
|---------------------------|--|-----------------------------|
| L. C. a FONSECA | | Minister a Scholæ secretis. |
|---------------------------|--|-----------------------------|

*Ex sententia sua opinione in thesibus elatas, que auctorum propriæ existimanda sunt, Facultas ne
probat, nec improbat.*

MANIBUS

MEI PATRIS AID PERPETUATIONE DISPLENDIT.

MEÆ MATRI CARÆ,

In pignus memoriæ indelebilis, respectûs, et amoris Filii;

MEIS OMNIBUS FRATRIBUS,

SPECIALITER

MEIS DUOBUS FRATRIBUS NATU MAIORIBUS,

In signum fraternitatis, amicitiæ, et animi grati,

HANCCE THESIN,

EXIGUUM QUIDEM RETUSI INGENII OPUS

DICO

AUCTOR.

SPINALIS MEDULLÆ

PHYSIOLOGIA, ATQUE PATHOLOGIA

NONNULLÆ PROPOSITIONES.

I.

In spinali medulla* inesse partes, quæ operam ad muscularum et cutis trunci artuumque, atque viscerum thoracis et abdominis functiones conferrunt, in dubium revocari nequit.

II.

Quæ non unicè, sed *præsertim* ad cutis trunci artuumque functionem, in posticis fasciculis, ac nervis ibi insertis sedet: quæ eadem ratione ad muscularum trunci appendicumque functionem, in anticis, ac nervis ibi insertis: et ad viscerum thoracis abdominisque functiones, in mediis.

III.

Postici, eorumque nervi, qui speciatim cutem ac cerebrum internectunt, ut quædam vis nervicea ad tactiles modos cerebro, quod *percipere solum potest*, referendos congrua gignatur, ceu, ut functio adimpleatur, apparatus organa, propriè agunt.

IV.

Antici, eorumque nervi, qui speciatim musculos et cerebrum, ut quædam vis nervicea ad musculos *tantummodo ad contractionem* acuendos congrua

* Spinalem medullam non solum cylindrum nerviceum in vertebrarum theca inclusum, verum etiam ejus exscum, quod in calvaria includitur, et bulbus medullæ superior vel medullæ oblongatae coda ab Anatomis nominatur, voco. Igitur eandem a sulco transverso bulbum, Varolioque pontem interjacenti desuper finiri, sic sentio. Attamen præstutam finitionem magis arbitrio, et judicio humano, quam ipsâ harum partium naturâ nisi, refert mea confiteri.

gignatur, et cerebri potestati, quod, paulo roboris fasciculis adjecto, muscularum contractiones *voluntariè regere et ordinare solum valet*, iidem subjiciantur, propriè etiam agunt.

V.

Medii, nec cerebro, nec alis prorsum exclusis, operam ac vim suam ad viscerum thoracis abdominisque functiones, tūm multorum sensūs ac motūs phænomenon, quæ ad requisita naturæ ad ingerenda excernendaque spectantia, et ad interiorum muscularum actiones, et eorundem viscerum muscularumque trunci synergiam pertinent, participes, tūm magni sympathici adjutores, impertinent.

VI.

Omnium horum actiones nec omnino ex alia, nec ex altera substantiarum, quibus constant, ut est apud Physiologiam colentes, sed ex utraque simul emanant.

VII.

Perceptionis modorum tactilium, rectionis ordinationisque contractionum muscularum voluntariae caussa non in eisdem, sed enimvero in cerebro sedem habet.

VIII.

Spinalis medulla, sicuti organa omnia, item insitæ vis agendi compos; ac, cerebro excepto, neque tactiis sensūs, neque generationis tanti vis nerviceæ, quantum normali muscularum contractionum robori sat est, neque rectionis ordinationisque eorundem voluntariae, per se ipsam capax est.

IX.

Nodus cerebri, magnique sympathici, ac ideo relatūs nutritionisque vitæ præcipius, qui eō arctior est, quò ab ætate prima longius, spinalis medulla est.

X.

Neque crassus nervus, tantum sensorii communis nuntius, neque cerebrum alterum, spinalis medulla habenda est.

XI.

Tanta et adeo permagni ponderis attributa, ut non modo inter implexa organa, ex quibus cerebro-spinalis apparatus fingitur, numerari valeat, sed

quoque organon, a quo *extrinsecus* nutritionis functiones, *intrinsecus* quæpiam relatûs functiones pendent, et magnæ *consensus* legi obnoxium, ut omnia, duci, spinali medullæ inhærent.

XII.

Hæcce, videlicet, sanguinem nunc organon in idem seu ante, seu alia post congeri; nunc in idem sponte subitòque rapi, atque ex vasis seu intra, seu circum idem effundi, ut cerebro obtingit, duo spinalis medullæ Pathologiae sunt capita, quæ in controversiam vocari non queunt.

XIII.

Quod ad sanguinis congestiones attinet, ut duæ non parvi momenti insituantur species, quarum alia venarum, alia arteriarum congestiones complectitur, clinice expedit. Hæ re quidem ipsâ, quarum nomen a morbido organi statu sensibus subjectiori deductum est, et caussarum, symptomatum, naturæ, effectuum, et curationis iisdem adhibenda dispare sunt.

XIV.

Quod cæterùm ad apoplexias, meningum apoplexiā, quibus ab aliis morbis secerni possit, symptomatibus carere : atque et, cùm in hominem hucusque benè valentem vividus in quapiam spinæ regione dolor, in ipso temporis articulo paralysis, casus, functionumque viscerum abdominis, pectoris insimul seorsumve ex sanguinis effusionis sede turbatio, mente integrâ, signis laesionis cerebri nullis, febrique absente, impetum repente ac sponte facerent, quæ medullæ apoplexiā generatim significant, symptomata adesse, ratum fixumque est.

XV.

Ubi inflammatio in eo organo inæstuat, ut semper simulque in texto suo ac piâ-matre, sæpe etiam in meningibus reliquis sedem figat, et seu in his, seu in illo præpollet, accidit. Quibus rebus efficitur ejusdem inflammationem, quibus plerique Pathologiam excolentes circumscribunt, fines transcendere, et sanè spinalem meningitidem myelitidemque, ipsius meningum ac texti simul inflammations modò hic, modò illuc præpollentes esse.

XVI.

In atrophiam, hypertrophiam, aliquasque morbidas productiones naturalibus textis similes absimilesve, ut sunt bracteæ cartilagineæ, et osseæ, tuberculæ, scirrhi, et alii tumores, hocce organum incidit. Symptomata

parita, admodum varia ac multiformia : signa verò, quæ ad eosdem morbos internoscendos spectant, fere ancipitia.

XVII.

Inter morbos cerebri, et spinalis medullæ morbos, ubi in ejus bulbo aut parte cephalica sedem figunt, symptomata non intersunt : ubi verò in parte rectè spinali aut quaviscunque hujus partis regione, symptomata intersunt : si illud ceciderit, morborum indoles, sed non locus ; si verò hoc, indoles, simulque locus ut plurimum cognosci poterunt.

XVIII.

Symptomaton, quæ medullæ bulbi partisve cephalicæ morbis cohærent, alia directa, alia decussata : quæ autem rectè spinalis partis morbis, omnia directa.

XIX.

De medullæ affectionibus dignoscendis id obvenit, ut plerūmque, dum vita degitur, sanguinis congestiones, apoplexia, inflammatioque ad plenum dignosci queant : non verò organici morbi, quorum vix sedis, perrarò generis agnitus capitur.

XX.

Ad summam in hocce organon, ejusque multiplices morbos præcipue sanguinis congestiones inflammationemque, multorum ac multifariorum tactilis sensùs, voluntarii motûs, functionumque viscerum trunci turbamentorum, quæ, affectionibus cerebri viscerumque absentibus, in artubus, trunco, ejusque visceribus eluent, et modò relatûs, modò nutritionis nervicea phænomena, sive neuroses sæpe habentur, origo ac stirps querenda est.

HYPPOCRATIS APHORISMI.

I.

Convulsio ex helleboro, lethale. Sect. V. Aph. I.

II.

Sanguine multo effuso, convulsio, aut singultus superveniens, malum.
Sect. V. Aph. III.

III.

Purgationi immodicae convulsio, aut singultus superveniens, malum.
Sect. V. Aph. IV.

IV.

A plaga in caput, stupor, aut delirium, malum. Sect. VII. Aph. XIV.

V.

Ab hepatis inflammatione singultus, malum. Sect. VII. Aph. XVII.

VI.

A vigilia convulsio, aut delirium, malum. Sect. VII. Aph. XVIII.

HYPNOTIS ALFORDIANI

Esta These está conforme os Estatutos. Rio de Janeiro 18 de Novembro de 1840.

Dr. J. M. DA CRUZ JOBIM.